Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3047
Quelle:
Copyright:

con Univ. germ. T. XXXIV. ubi et reliqua ejus Opera mufica enumerantur. Noftrum in alterius cujusdam Aulae ufum elaboratum fuiffe evincunt Sacra *Dresdae* ea tempeftate jam mutata. In *Petrarchae* Poemation (*Sonetto*) quod incipit: *O Paffi fparfi, o penfier uaghi e pronti* &c. Cantum quendam tunc celebrem compofitum fuiffe, cujus thema *Scandellus* hic perfecutus fuerit, conjicio.

DCCCXXXVIII.

2 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 71. Fol. max. fplendide exaratus, literis initialibus xylographicis impreffis, magnam partem miniatis et SS. imagines referentibus ornatus, et e *Fuggeriana* in Caefaream Bibliothecam, ut videtur, translatus hoc titulo: *Officium Miffe Nuptiale Illuftri et Generofo Domino, D. Octauiano Secundo Fuggero, Baroni in Kyrchberg et Weiffenborn, a Fratre Joanne Tornario SS. Vdalrici et Affre Conuentus Monacho, gratulationis ergo fcriptum et dedicatum.* 1579. Celebraverat *Octavianus Rudolpho* II. a confil. et urbis *Auguftanae* Praefectus nuptias cum *Maria Jacobe Johannis Fuggeri* filia, ad quas illuftrandas Mufurgi fequentes confpiravere: *Introitus. Deus Ifrael conjungat vos. Quinque vocum. Auth: Jacobo de Kerle.* Folior. 6. *Miffa quatuor Vocum auth: Orlando di Laffo.* Folior. 30. *Nuptiæ factæ funt &c. Sex Vocum Authore Orlando di Laffo.* Folior. 17. *Domine deus patrum noftrorum. Sex Vocum Authore Melchiore Schrammio.* Folior. 15. Maximam hos inter famam adeptus eft *Orlandus di Laffo* feculi fui *Orpheus* dictus, qui peragrata *Italia*, *Anglia* et *Gallia* tandem choro Muficorum *Alberti* Ducis *Bav.* praefectus *Monachii* obiit 1593. V. *Foppens Bibl. Belg.* T. II. p. 934. De artis muficae Auguftae Vind. ea aetate fortuna confer *Pauli a Stetten jun. Kunft-Gewerb- und Handwerksgefch. der Reichsftadt Augsb. ibid.* 1779. p. 521. 8.

DCCCXXXIX.

Codex chartaceus lat. Sec. 9
XVII. Folior. 18. f. max. continet Pfalmum Davidis quinquagefimum, qui incipit: *Miferere mei Deus* &c. muficis modis a D. *Ferdinando* III. Rom. Imp. adftrictum, eidemque a *Georgio Mofer* calligrapho mufico, feu, ut ipfe fe vocat, *Notifta* oblatum, praetexta infcriptione et feftiva hujus modi epiftola: *Pfalmus* Miferere *ab Auctoribus Auguftis Dauide Rege Ifraelis, & Ferdinando Tertio Imperatore Magno Deo decantatus.* Miferere, *canitur in Quadragefima*, Auguste Cæfar. *Ego illud nunc affero pronus ad genua aduentantis* M.tis V.ræ; *quia nifi veniffet* M.tas V.ra, *Ego Quadragefimam, ante Quadragefimam habuiffem. Nunc me vt fpero, Miferere hoc á Quadragefima liberabit. Omnes Verfus in hoc pfalmo, fummorum Muficorum venerabundo*